



UNIVERSITY OF CAMBRIDGE INTERNATIONAL EXAMINATIONS  
Cambridge International Level 3 Pre-U Certificate  
Principal Subject

www.XtremePapers.com

**LATIN**

**9788/02**

Paper 2 Prose Literature

**May/June 2011**

**2 hours**

Additional Materials: Answer Paper/Booklet

**READ THESE INSTRUCTIONS FIRST**

If you have been given an Answer Booklet, follow the instructions on the front cover of the Booklet.  
Write your Centre number, candidate number and name on all the work you hand in.  
Write in dark blue or black pen.  
Do not use staples, paper clips, highlighters, glue or correction fluid.

This paper is in **two** sections.

**Section A**

Answer **all** questions on **both** passages from your chosen prescribed text.

**Section B**

Choose **one** of the two essays set on your chosen prescribed text.



This document consists of **6** printed pages and **2** blank pages.



## Section A

Answer **both** questions on your chosen prescribed text.

**Sallust, *Bellum Catilinae*, 5.1-39.5**

**1** Read the following passage and answer the questions:

postremo captus amore Aureliae Orestillae, cuius praeter formam nihil umquam bonus laudavit, quod ea nubere illi dubitabat, timens privignum adulta aetate, pro certo creditur necato filio vacuum domum scelestis nuptiis fecisse. quae quidem res mihi in primis videtur causa fuisse facinus maturandi. namque animus impurus, dis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vastabat. igitur colos exsanguis, foedi oculi, citus modo modo tardus incessus; prorsus in facie voltuque vecordia inerat. sed iuventutem, quam, ut supra diximus, inlexerat, multis modis mala facinora edocebat. ex illis testis signatoresque falsos commodare; fidem fortunas pericula vilia habere, post, ubi eorum famam atque pudorem adtriverat, maiora alia imperabat. si causa peccandi in praesens minus subpetebat, nihilo minus insontis sicuti sontis circumvenire, iugulare, scilicet, ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuito potius malus atque crudelis erat. eis amicis sociisque confisus Catilina, simul quod aes alienum per omnis terras ingens erat et quod plerique Sullani milites largius suo usi rapinarum et victoriae veteris memores civile bellum exoptabant, opprimundae rei publicae consilium cepit. 5 10 15

(Sallust, *Bellum Catilinae*, 15-16)

- (i) Translate lines 1-4 (*postremo...maturandi*). [5]
- (ii) *namque animus impurus.....crudelis erat* (lines 4-13): what picture does Sallust give of Catiline and his associates? How does he achieve this by his use of language? [11]
- (iii) *eis amicis...consilium cepit* (lines 13-16): briefly explain the social and economic factors mentioned here which, according to Sallust, contributed to Catiline's success in planning a revolution. [4]

**[Total: 20]**

Sallust, *Bellum Catilinae*, 5.1-39.5

## 2 Read the following passage and answer the questions:

at Catilina ex itinere plerisque consularibus, praeterea optumo cuique litteras mittit: se falsis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunae cedere, Massiliam in exilium proficisci, non quo sibi tanti sceleris conscius esset, sed uti res publica quieta foret neve ex sua contentione seditio oreretur. ab his longe divorsas litteras Q. Catulus in senatu recitavit, quas sibi nomine Catilinae redditas dicebat. earum exemplum infra scriptum est: 'L. Catilina Q. Catulo. egregia tua fides re cognita, grata mihi magnis in meis periculis, fiduciam commendationi meae tribuit. quam ob rem defensionem in novo consilio non statui parare, satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decrevi, quam, mediusfidiis veram licet cognoscas. iniuriis contumeliisque concitatus, quod fructu laboris industriaeque meae privatus statum dignitatis non optinebam, publicam miserorum causam pro mea consuetudine suscepi, non quin aes alienum meis nominibus ex possessionibus solvere non possem - et alienis nominibus liberalitas Orestillae suis filiaeque copiis persolveret – sed quod non dignos homines honore honestatos videbam meque falsa suspitione alienatum esse sentiebam. hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquae dignitatis conservandae sum secutus. plura cum scribere vellem, nuntiatum est vim mihi parari. nunc Orestillam commendo tuaeque fidei trado. eam ab iniuria defendas per liberos tuos rogatus. haveto'.

(Sallust, *Bellum Catilinae*, 34-35)

- (i) Explain Catiline's situation at this point in the narrative. [5]
- (ii) Translate lines 1-4 (*at Catilina.....oreretur*). [5]
- (iii) 'L. Catilina.....haveto' (lines 6-18): show how Sallust makes this a persuasive and engaging letter. You should refer to both the content and language of the letter. [10]

**[Total: 20]**

Cicero, *Pro Caelio*, 31-80

## 3 Read the following passage and answer the questions:

quo quidem in crimine primum illud requiro, dixeritne Clodiae quam ad rem aurum sumeret, an non dixerit. si non dixit, cur dedit? si dixit, eodem se conscientiae scelere devinxit. tunc aurum ex armario tuo promere ausa es, tunc Venerem illam tuam spoliare ornamentis, spoliatricem ceterorum, cum scires quantum ad facinus aurum hoc quaereretur, ad necem legati, ad L. Luccei, sanctissimi hominis atque integerrimi, labem sceleris sempiternam? huic facinori tanto tua mens liberalis conscia, tua domus popularis ministra, tua denique hospitalis illa Venus adiutrix esse non debuit. vidit hoc Balbus; celatam esse Clodiam dixit, atque ita Caelium ad illam attulisse, se ad ornatum ludorum aurum quaerere. si tam familiaris erat Clodiae quam tu esse vis cum de libidine eius tam multa dicis, dixit profecto quo vellet aurum; si tam familiaris non erat, non dedit. ita si verum tibi Caelius dixit, o immoderata mulier, sciens tu aurum ad facinus dedisti; si non est ausus dicere, non dedisti. quid ego nunc argumentis huic crimini, quae sunt innumerabilia, resistam? possum dicere mores M. Caeli longissime a tanti sceleris atrocitate esse disiunctos; minime esse credendum homini tam ingenioso tamque prudenti non venisse in mentem rem tanti sceleris ignotis alienisque servis non esse credendam.

(Cicero, *Pro Caelio*, 52-3)

- (i) Explain the charges against Caelius with which Cicero is dealing at this point in his speech. [5]
- (ii) *quo quidem....non dedisti* (lines 1-13): how does Cicero pour scorn on Clodia, Caelius' accuser, in these lines? [10]
- (iii) Translate lines 13-16 (*quid ego.....credendam*). [5]

**[Total: 20]**

Cicero, *Pro Caelio*, 31-80

## 4 Read the following passage and answer the questions:

sed ego non loquor de sapientia, quae non cadit in hanc aetatem; de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam; quae studia in his iam aetatibus nostris contractiora esse debent, in adulescentia vero tamquam in herbis significant quae virtutis maturitas et quantae fruges industriae sint futurae. etenim semper magno ingenio adulescentes refrenandi potius a gloria quam incitandi fuerunt; amputanda plura sunt illi aetati, si quidem efflorescit ingeni laudibus, quam inserenda. qua re, si cui nimium effervesce videtur huius vel in suscipiendis vel in gerendis inimiciis vis, ferocitas, pertinacia, si quem etiam minimorum horum aliquid offendit, si purpurae genus, si amicorum catervae, si splendor, si nitor, iam ista deferrent, iam aetas omnia, iam res, iam dies mitigarit. conservate igitur rei publicae, iudices, civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum. promitto hoc vobis et rei publicae spondeo, si modo nos ipsi rei publicae satis fecimus, numquam hunc a nostris rationibus seiunctum fore. quod cum fretus nostra familiaritate promitto, tum quod durissimis se ipse legibus iam obligavit. non enim potest qui hominem consularem, cum ab eo rem publicam violatam esse diceret, in iudicium vocarit ipse esse in re publica civis turbulentus; non potest qui ambitu ne absolutum quidem patiatur esse absolutum ipse impune umquam esse largitor.

(Cicero, *Pro Caelio*, 76-78)

- (i) *sed ego...mitigarit* (lines 1-10): comment upon Cicero's colourful use of language in these lines in describing Caelius' youth. [11]
- (ii) Translate lines 10-14 (*conservate.....obligavit*). [5]
- (iii) *non enim potest...esse largitor* (lines 14-17): explain the prosecutions mentioned in these lines. [4]

**Section B****Essay**

Answer **one** of the two questions below on your chosen prescribed text. You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context.

**Sallust, *Bellum Catilinae*, 5.1-39.5**

- 5 Does Sallust display real insight into the personalities of the people he writes about? [20]

Or

- 6 'Sallust is too fond of the sensational to be regarded as a proper historian'. Discuss this statement. [20]

**Cicero, *Pro Caelio*, 31-80**

Either

- 7 'Rhetoric is designed to instruct, to please, to influence.' Illustrate how Cicero puts this maxim into practice in this speech. [20]

Or

- 8 What, in your opinion, are the weaknesses in Cicero's defence of Caelius? [20]

**BLANK PAGE**

---

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

University of Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.